

propriâ significatione, pro eo quod demeruit morti animam suam; sicut dicunt Latini: *Pectus gladio nudavit*, id est, libenter se discrimini objecit, et morti nequaquam restitit. Neque hoc solum, sed etiam quod cum sceleratis reputatus est. Hoc certè connummatissima fuit virtutis inauditum exemplum, ut justus et iustificans occidit ut impius, *annumerari sceleratis* non modo non recusarit, sed etiam voluerit. Hinc ergo factum, et pro his meritis ei concessa est universorum potestas, et ut Spiritus sancti dona suis ducibus divideret, et eis universum orbem subiceret, sicut ipsi canunt: *Omnes gentes, plaudite*, etc.; *subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris*. REPUTATUS. Hebr. *nimenah, annumeratus cum transgressoribus*. Licet enim verbum propriè speciem illam arithmetice designet, quam vocant *additionem*, et in summam reductionem, quia tamen qui summam colligit, annumerat, pro *annumerare* interdum sumitur; et Evangelistae quidem, Math. 15, et Luc. 22,

CAPUT LIV.

1. Lauda, sterilis, quæ non paris; decanta laudem, et hinni, quæ non paries; quoniam multi filii deserte, magis quàm ejus quæ habet virum, dicit Dominus.

2. Dilata locum tenorior tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida.

3. Ad dexteram enim et ad lævam penetrabis; et semen tuum gentes hæreditabit, et civitates desertas inhabitabit.

4. Noli timere, quia non confundis neque erubescis; non enim te pudebit, quia confusionis adolescentie tue oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

5. Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen ejus; et redemptor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.

6. Quia ut mulierem derelictam et moerentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentiâ abstractam, dixit Deus tuus.

7. Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te.

8. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, et in misericordiâ sempiternâ miseris sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.

9. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui juravi ne inducerem aquas Noe ultra supra terram: sic juravi ut non irascar tibi, et non increpem te.

10. Montes enim commovebuntur, et colles contremiscent, misericordiâ autem mea non recedet à te, et fodus pacis meæ non movebitur, dixit miserator tuus Dominus.

11. Pauperena, tempestate convulsa, absque ullâ consolatione: ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris.

12. Et ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos, et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles:

derelicta, id est, deputatus est, verterunt. Et rursus peccatum, etc. Licet cum *transgressoribus sit annumeratus*, vel cum ipsis ab aliis subtractus, tanquam justus, ne ejus consortio contaminarentur, tantum abest ut is transgressor fuerit, ut morte sua et hæc ipsa subtractione *multorum scelera abstulerit*, deleverit, nempe eorum qui illi adhaerent; et pro *ipsis transgressoribus*, qui revera transgressores erant, et summam et inauditam transgressionem in hæc ipsius morte perpetrabant, *ipse damnatus oraret*, vel (ut in Hebr. est) *obviâ iret*; id enim interdum notat verbum *phaga*, de quo supra, v. 6, nonnihil diximus. Sic accipitur Genes. 25: *Occurrite pro me in Ephron*, id est, intercedite; et Ruth. 4, et infra 59. Possunt hæc autem per præteritum imperfectum non malè reddi: « Ipse » verò multorum peccatum levabat, et pro transgressoribus orabat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.»

CHAPITRE LIV.

1. Réjouissez-vous, stérile, qui n'enfantiez point; chantez des cantiques de louanges, et poussez des cris de joie, vous qui n'aviez point d'enfants, parce que celle qui était abandonnée a plus d'enfants que celle qui a un mari, dit le Seigneur.

2. Prenez un lieu plus grand pour dresser vos tentes; élargissez le plus que vous pourrez les peaux de vos tabernacles; rendez-en les cordages plus longs, et les pieux bien affermis;

3. Car vous vous étendez à droite et à gauche; votre postérité aura les nations pour héritage; et elle remplira les villes désertes.

4. Ne craignez point, parce que vous ne serez point confondue, et vous ne rougirez point; car il ne vous restera plus de sujet de honte, parce que vous oublierez la confusion de votre jeunesse, et vous perdrez le souvenir de l'opprobre de votre veuvage;

5. Car celui qui vous a créée vous dominera; son nom est le Dieu des armées; et le Saint d'Israël qui vous rachètera s'appellera le Dieu de toute la terre.

6. Car le Seigneur vous a appelée comme une femme abandonnée, dont l'esprit est dans la douleur; comme une femme qui a été rejetée dès sa jeunesse, dit votre Dieu.

7. Je vous ai abandonnée pour un peu de temps, et pour un moment; et je vous rassemblerai par une grande miséricorde.

8. J'ai détourné mon visage de vous, pour un moment, dans le temps de ma colère; mais je vous ai regardée ensuite avec une compassion qui ne finira jamais, dit le Seigneur qui vous a rachetée.

9. J'ai fait pour vous ce que je fis au temps de Noë; comme j'ai juré à Noë de ne plus répandre sur la terre les eaux du déluge, ainsi j'ai juré de ne plus me mettre en colère contre vous, de ne plus vous faire de reproches.

10. Car les montagnes seront ébranlées, et les collines trembleront; mais ma miséricorde ne se retirera point de vous, et l'alliance par laquelle je fais la paix avec vous ne sera jamais ébranlée, dit le Seigneur.

11. Pauvre désolée, qui avez été si long-temps battue de la tempête, et sans consolation, je vais poser moi-même dans leur rang toutes les pierres pour vous rétablir, et vos fondemens seront de saphirs.

12. Je bâtirai vos remparts de jaspé; je ferai vos portes de pierres ciselées, et toute votre enceinte sera de pierres choisies.

13. Universos filios tuos doctos à Domino: et multitudinem pacis filiis tuis.

14. Et in justitiâ fundaberis: recede procul à calumniâ, quia non timebis, et à pavore, quia non appropinquabit tibi.

15. Ecce aequala veniet, qui non erat tecum, advena quondam tuus adjugetur tibi.

16. Ecce ego creavi fabrum sullantem in igne prunas, et proferentem vas in opus suum, et ego creavi interfectorem ad disperdendum.

17. Omne vas quod fictum est contra te, non dirigitur; et omnem lignum resistens tibi in judicio judicabis. Hæc est hæreditas servorum Domini, et justitiâ eorum apud me, dicit Dominus.

COMMENTARIUM.

Cùm fructus passionis Domini commemorasset, et inter eos multiplicationem sobolis, et multitudinem justificandorum ac reduciendorum ad veram Dei cognitionem prædixisset, id jam spiritu prævidens non potuit se continere, quin tot filiorum matri congratularetur, et ad decantandas Deo gratiarum actiones invitaret. Quæ sit autem hæc *sterilis*, exponit Paulus ad Gal. cap. 4, quod sit *caelestis Jerusalem mater nostra*; non patriam illam, aut quæ in cæcis jam agit Ecclesiam, sed novam illam nuptiam, et novam Ecclesiam et civitatem, quam alius vidit *de celo descendente*, in quâ omnia sunt caelestia, muri, domus, claves, ritus, leges, mores, sicut rex ipse caelestis est qui de celo descendit, et regnum cœli in terrâ fundavit, et ex terrâ et celo unum regnum effecit. Hæc designata fuit per Saram, qua genuit *Isaac promissionis filium*, et per *Jerusalem, qua sublimis erat*, et in terrâ promissionis sita. Synagoga autem Agar ancille et monti Sina comparatur, quod *filios gignat in servitute*, et extra hæreditatem Domini sit; in quâ sunt *filii secundum carnem*, et non *promissionis*. Constituit autem primum Ecclesia hæc ex paucis Domini discipulis, quibus nova pactio sancta est pro omnibus qui per eos credituri erant in Christum. Hæc sub tempore illud passionis Domini fuit *sterilis*, abjecta, et, ut Hebræi loquuntur, *afflata*, propter timores, inopiam, odia et persecutiones quas ob nomen Jesu patiebatur; *pulsilus* planè grex et nullus astinationis. Spiritualiter autem *deserta et sterilis* fuit toto illo ante Christum tempore quando soli Judæi erant Dei populus, Hujus jam felicitatem audi.

VERS. I. — LAEDA. Verbum, ut jam dixi, notat exclamationem ex lætitiâ; quod Latinis olim erat *orare*, licet postea obsolescerit; nomen tamen *oratio*, et participium *orans* retinere. *QUE NON PARIES*, Hebr. *futurem, non paries*; sed pro presenti capitur, *que non soles, vel non convalesci parere*; quemadmodum Sara quam despicebat Agar fecunda. *QUE NON PARIES, calah, quæ non doluisti, vel doles*, id est, quæ dolores parturientis non experiris. Dicunt enim Hebræi, sicut nos Hispani, *habere dolores pro parturire*. Etsi verò dolores experiri triste est, malunt fe-

13. Tous vos enfans seront instruits par le Seigneur même, et ils jouiront d'une abondance de paix.

14. Vous serez fondée en justice; vous serez à couvert de l'oppression sans l'apprehender désormais, et de la frayeur des maux qui ne s'approcheront plus de vous.

15. Il vous viendra des habitans qui n'étaient point avec moi; et ceux qui vous étaient autrefois étrangers se joindront à vous.

16. C'est moi qui ai créé l'ouvrier qui souffle les charbons de feu pour former les instrumens dont il a besoin pour son ouvrage. C'est moi aussi qui ai créé le meurtrier pour détruire.

17. C'est pourquoi toute armée préparée pour vous frapper ne portera point contre vous; et vous jugerez vous-même toutes les langues qui se seront élevées contre vous, pour vous faire condamner. C'est là l'héritage des serviteurs du Seigneur; c'est ainsi qu'ils trouveront justice auprès de moi, dit le Seigneur.

mine, ut matres fiant, illos dolores perpeti, quàm steriles permanere; quare, ut rem tristem propheta commemorat, *non habere dolores*. Memineris verò Ecclesiam illam sponsam Christi usque ad diem Pentecostes neminem peperisse; hanc tamen, quasi instaret tempus quo non jam *sterilis* dicenda, sed mater filiorum læta futura erat, *hinnire præcipit*. Hebr. *tsahal* egorum et taurorum est; hi Latinis *ingunt* interdum ex lascivâ et petulantia, illi *hinnunt*. Transferitur aptissimè ad eam quæ jamjam mater esset futura; instante enim hoc tempore, animalia illa mugiant, hinnunt, etc. DESERTA. Jam supra non uno loco de verbo *schanam* dixi. Interpretes, adcoque et Paulus verbis *desolandi, descendendi, devastandi* reddere solent. Erat autem grex ille, mater illa nostra, initio sub tempore Domine passionis, ostendit ac derisui; et occultabat se propter metum Judæorum. Postquam verò Spiritu de cœlis donati sunt, ut gignere per Evangelium alios possent, plures habuit filios. Pertinet quoque hæc ad Ecclesiam gentium, ex quâ paucissimi ab eo tempore quo Israel em elegend Deus Deo tantum. QUAM EJUS QUÆ HABERET VIRUM. Synagoga enim videbatur Deum pro marito habere, et infinitos quotidie generabat. Sed cùm Deum impietate suâ à se expelleret, licet se Dei cultricem gloriarer, erant carne tantum filii, seu, ut supra dixi, cap. 49, vers. 21, mole quædam, et informes imperfectique fetus; cùm ergo non essent filii Dei, non dicendi erant filii; nam erant in servitute generati, servi peccati et filii diaboli, ut apud Joannem eis dicebat Dominus. Si autem qui gignebantur, diaboli et peccati erant filii, cum eis igitur rem habebat eorum mater. Verum, cùm in Evangelio *justi* appellentur interdum qui se justos putabant, licet à justitiâ valde alieni essent, sic *maritatum* Synagoga potuit propheta appellare et *virum habentem*, quæ se Deo maritatum credebat ob exteriorem illum cultum, cùm tamen esset *synagoga Satane*. Est namque hic sermo de Synagoga ut opponitur Ecclesie Christi; ad quam non pertinebant nisi qui erant sectatores fidei patris nostri Abrahæ; ad illam verò omnes Israelitæ, qui secundum carnem Israelitæ tantum erant. Quo etiam

modo Paulus eo capite ad Galatas accipit; imò etiã de Ecclesia Judeorum intelligas, quæ legitimum maritum Deum habuit, et plurimos Deo genuit filios, verum tamen est Ecclesiam gentium post Christum multò plures genuisse quàm olim generit Synagoga; insuper et quæ erat sterilis, peperit plurimos; et quæ habebat filios, infirmata est, ut Anna cecinerat, non tam de se et annulã suã quàm de duabus Ecclesiis; ad cuius verba puto esse hic allusionem. Dicit Dominus. Valdè lætum nuntium ab ore Dei se accepisse propheta affirmat, quò suo more dictis suis fidem ampliorem astruat.

VERS. 2. — DILATA, etc. Si plurimos habitura es filios, necesse erit locum eis ad habitandum preparare. Hæc igitur omnia quæ hoc versu dicuntur hæc faciunt, ut significant non posse Ecclesiam Christi uno loco, unã civitate aut unã provinciã contineri, quemadmodum hæc Ecclesia Judeorum se continuat. Deinde insinuat his similitudinibus propheta, quòd filii Ecclesie non habituri essent hic civitatem permanentem, sed peregrinos et alienos eis semper futuros, veluti qui sub tentoriis vitam degunt, quæ statim temporibus in alias sedes transferunt. PELLES. Nomen significat alam, seu partem; multa autem simul laqueolis consociatæ integrum tentorium conficiebant. Tabernacula quidem inferiora erant ex serico, superiora verò ex pellibus ad arcendam aeris injuriam; qui usus fuisse videtur illis qui in tentoriis debebant; idèo hic pelles tentorii Vulgatus. Exod. autem 56: Saga dixit ex pills caprarum. Cant. verò 4, et Habacuc 3, pelles, ut hoc loco. Et quidem 2 Sam. 7, integrum tentorium per extensionem numero singulari allam dixit Urias: Arca Dei habitat intra alam, etc.; Vulgatus, in medio pellium. NE PARCAS. Caschab verbi varius usus est Hebræis. Propria ejus significatio est cogitare; neque hoc loco aliter vertendum est; sed in eo modo significandi accipiendum quo nos Lusitani cunctantibus et moram propter rei novitatem deliberando trahentibus dicere solemus, ne modo cogites, id est, ne animo fluctes; neque variis cogitationibus locum præbeas, sicut Dominus in Evangelio: Quid turbamini, et cogitationes ascendunt in corda vestra? quare per circumloquium reddidi, ne cogitabunda cuncteris.

VERS. 3. — PENETRABIS. Verbum propriè rumpere seu rumpi notat; diciturque de exercitu, rupit hostes, 2 Sam. 5, de muris, Nehem. 4; in bonum dicitur 4 Par. 4, de Propagatione; de rumore etiã 2 Paral. 51: Cùm eripisset hoc verbum, id est, dimandasset hie rumor. Videtur enim secretum pectoribus concludi, etc. Ille ergo dicitur de extrusione, propagatione, non tam violentã quàm quæ præter spem fit; erumpendi verbo non malè reddetur; aut certè penetrandi cum Vulgato, estque expositio ejus quod dixerat de extendendo tentorio. GENTES HEREDITABIT, id est, velut in hæreditatem accipiet, quasi stabilem et tutam possessionem. Allusio est ad illud Genes.: Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum. CIVITATES DESERTAS. Hebræisnum afflatus dicit, id est, abomina-

biles ob impietatem et infamiam tyrannorum: quales erant gentium plurimæ, Babylon, Ninive, etc., quæ Apostolorum prædicatione ad meliorem frugem conversæ sunt, et pietatem fidei coluerunt; Scythæ enim et extremi Indię populi et recens lustratis orbis nostris etiã temporibus fidei cesserunt, et apud eos est videre Apostolicum semen et Christi Ecclesiam, quam Dominus quotidie dignetur augete.

VERS. 4. — NOLI TIMERE, etc. Hebr., ne times. Solet Vulgatus, nescio quã ratione, semper addere verbum noli; usurpantque Hebræi sæpè hanc loquendi formam pro bono animo esto. NON ENIM TE PUEBIT. Capthar propriè est fodere; de quo supra, cap. 1. Trinã istã negatione securitatem promittit, quòd nullo pudoris genere laborabit Ecclesia ex gentibus. Verum quia quipiã poterat obijcere vetera peccata et idololatriam, præoccupans semen: QUIA CONFUSIONIS ADOLESCENTEM, etc. Adolescentium vocat Hebr. alumim, id est, absconsones. Vocat autem hic adolescentiam primam illam ætatem Ecclesie, quando electo Abrahamo et posteritate ejus, aliæ omnes gentes demoniorum potestati permissæ sunt ob infinita eorum scelera; confusionem verò, seu pudorem illius ætatis vocat studia et mores quos tum sectabantur. Vivente enim adhuc Noe, posteri ejus à Deo recesserunt; neque parim insignes erant peccatores illi è quibus Abraham eductus est; qui tamen adhuc quinquaginta Noe annos vidit. Hujus verò pudoris dicit Ecclesiam memoriam non habituram, quasi esset præsentis felicitate et honore delenda. Nam ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia, ut magis diligamus feneratorem illum qui nobis debium quingentorum denariorum gratis remisit, quàm illi quibus tantum quinquaginta donavit. Adde nihil minus ob ea scelera gentes consecutas fuisse, quàm si justitiam coluissent; factus est enim eis Christus fons in abluitionem veterum delictorum, et in lucem quæ tenebras fugavit; non minus autem luget hodiè sol quàm si nunquam nox processisset; neque minus fulget mens Christi gratiã, aut minus est animus candidus postquam per Christum est ablatus, quàm si nunquam sese sordibus inquinasset. De his loquitur qui totos sese Christo dederunt. Illud saltem verissimum est, nihil minus gentium Ecclesiam per Dei Filium consecutam, quæ Deum abjecerat neque cognoverat, quàm Judeorum, in quã tantum notus erat Deus. VIDUITATIS. Nomen habet Hebræis à tacendo seu obmutescendo. Viduitatem enim silentium decet. Porro Ecclesia gentium vidua fuisse dicitur toto eo tempore quo sine Deo fuit. Quæ igitur à viduis exigit mundus, hæc ab his qui Deum derelinquunt exigenda sunt. Ob quod gaudium apud alium prophetam interdicitur Israeli, quòd Deum reliquisset. Nulos autem videas magis genio indulgere quàm insignes peccatores.

VERS. 5. — DOMINABITUR TUI, etc. Latissimè patet nomen baal Hebræis, ut et dominum et maritum hoc loco reddere possumus. Nec refert hoc aut illo modo vertas. Nam cum qui fecit nos est nobis pro Deo ac Domino, nos verò sumus illius populus, tum nupsiss

Domino dicimur, et cum Paulo, desponsati Christo. Dixerat superior versu auferendum opprobrium viduitatis; id vides hic explicari. DEUS OMNIS TERRÆ, etc. Tu per totum orbem diffusus es; Deus autem verus, nempe Jehova tebaoth cui desponsari est viduitatis pudore carere, hæc Deus Judeorum dicitur est: ergo Deus totius terræ dicens erit eã ratione quã Judeorum hæc dicitur: Numquid Judeorum Deus tantum? inquit Paulus; non; imò et gentium. Certè si de amplificandã Judeorum republicã esset sermo, cum legant in prophetã, Deum Israelitis dicendam esse Deum universæ terræ, possunt probabiliter rationatione carnales Judæi sibi blandiri, quòd per Messiam suum dominaturi sint in toto orbe. Verum cum de viduitate abjiciendã atque morore, et de recedendã uxore quam abjecerat Deus, aperte loquitur propheta, dicatque Deum Israelitis dicendam universæ terræ Deum, quis adeo cæcus erit ut non videat de conversione gentium ad unum eandemque Deum, quem veri Israelitæ colerunt, esse hæc intelligenda? Id quod supra manifestè dictum est: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, etc.

VERS. 6. — MULIEREM DERELICTAM, etc. Rem jam, prout gesta est, brevibus exponit. Vocavit te, ut mulierem derelictam, id est, hæc dicitur sic se tecum gessit Dominus, ut se gerit vir cum muliere seu uxore quam repudiavit; quæ moeret et luget et extra domum viri manens, et opprobrium repudiationis iniquo animo ferens, squalida, horrida, pauperula, miserabilem vitam ducit; hæc vir non invisit, ejus nullam curam gerit, neque ullo dilectionis affectu erga illam tangitur. Hæc erat sors gentium, quam eleganter describit Paulus non uno tantum loco, præsertim ad Ephes. 2, ubi primò mortuos delictis et peccatis appellat, in quibus ambulastis, inquit, secundum seculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus; et paulò post: Memores estote, quòd aliquando vos eratis gentes in carne, qui de homini præputium ab eã quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta; qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Dicit autem vocatam à Domino, tum quia in Scripturis, in quibus de gentibus Deus loquebatur, tanquam de muliere repudiata loquebatur et invisã quam ignoraret, cuius forma et mores ei summopere displicerent, proindeque Judæos ab eis longè diversos esse vellet; tum etiã quia ad legem de libello repudii est allusio, in quo sic vocabatur à viro, et pro repudiata eo ipso habebatur. Phrasim autem est Hebræis familiaris, ut vocare pro censere usurpent: Vocabitur tibi semen in Isaac, pro censebitur, seu reputabitur, Genes. 21, et Levit. 1. Ille recolere juvat quæ lex de repudiata muliere statuabat: primò veluti immunda à sacerdote duci non poterat in uxorem; deinde, si sic permanebat, tristem vitam duceret necesse erat; si autem alterum ducebat, non minus infamis reddebatur; adeò ut si ab altero illo repudiaretur, aut ille alter moreretur,

ad priorem ne rediret lex prohiberet, nimirum quia argumentum sua lasciviat atque impudenti præbisset, quæ in feminis turpissima est. Quamvis autem gentium populus non lugetur ob repudiationem à Deo, neque suam sortem agnosceret; tamen cum humanus animus absque Deo peccanditate omni et lætitiã verè careat, ob sordes peccatorum lugentium nomine censebatur. AB ADOLESCENTIA ABIECTAM. Hebr., uxorem juvenutis, quia fastidio habetur. Sensus Vulgatus expressit. Major autem videbatur ignominia si florente adhuc ætate mulier repudiabatur. Porro nondum transacti erant triginta anni à morte Noe quando vocavit Deus Abraham, eumque et semen ejus ex omnibus gentibus elegit, visusque est universum gentium multitudinem repudiãsse. Nam quinquaginta annorum erat Abraham quando mortuus est Noe; et septuagesimo anno ætatis suæ vocatus est ex Ur Chaldaeorum, Genes. 12.

VERS. 7. — AD PUNCTUM, etc. Plurimi anni præterierant ab eã repudiatione usque ad Christum Dominum; nam anno nonagesimo nono vite Abraham data est ei circumcisio et innovatum foedus, qui annus, juxta probabiliorem supputationem, erat 2047 à constituto mundo; at Christus Dominus natus videtur anno mundi 5961. A fœdere itaque illo usque ad Christum videtur fluxisse anni 1911, à nativitate autem Domini usque ad propagationem Evangelii per orbem numerare possumus 60 aut 70 annos. Ergo his mille annos hoc loco vocat Dominus momentum modicum. Nam mille anni ante oculos ejus est tanquam dies hesternæ, quæ præterit. MISERATIONIBUS MAGNIS. Magnitudo hæc ad temporis diturnitatem videtur referenda, ut opponatur modico momento; æternæ enim sunt et nunquam interitura; quod sequens versus confirmat.

VERS. 8. — IN MOMENTO INDIGNATIONIS, id est, ad momentum iratus, præ ira quæ brevissimo tempore duravit. ABSCONDI FACIEM, etc. Absconso vultus Dei, seu relictio, seu aversio faciei in Scripturis est, homini omne malum, sicut vultus illuminatio omne bonum. Si enim sole sub hemisphærio nostro agente, omnia obsident tenebræ, at redeunte super nos, omnia sunt lucida; est enim lux mundi, seu mundi oculus,

..... Per quem videt omnia tellus;
quid de Deo, qui creavit solem, sentiendum erit? Facit quidem indignatio operire faciem, ut sit veluti deliquium solis; verum ab interpositione densitatis peccatorum nostrorum, quæ dividunt inter nos et Deum nostrum, ortum habet; ipse enim semper idem ipse est, et radios emittit; non tamen ad nos penetrant quàm diu tetrum spiramus et nebulas. Quare ad fuganda et delenda peccata descendit, quibus tanquam nebula depulsis in luce agimus. Ergo, sicut in die honestè ambulamus, IN MISERICORDIA SEMPERTERNA; olim hic pro æternitate accipio. Keed propriè est affectus ille pietatis aut charitatis et beneficentiæ, quo parentes naturaliter tanguntur erga liberos, vel contra. Quare cum de Deo dicitur, nominibus misericordie, beneficentiæ, clementiæ et similibus reddi potest,

ut locus postulat; hic ira, seu potius exandescencia, quam notat nomen *ketseph*, opponi videtur. Benignitatem ergo et humanitatem, seu clementiam notare videtur; de qua Paulus ad Tit. 2 et 3, hinc fortè respiciens ait: *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri*; et rursum: *Cum apparuit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit*, etc. Quare hoc quoque loco hæc verba esse Dei Redemptoris dicit propheta.

VERS. 9. — SICUT IN DIEBUS NOE, etc. Hebræa, ut ego verti, sic ad verbum habent: *Quia aquae Noe hoc mihi*; neque est quod quisquam existimet Vulgatum pro aquis dixisse dies, ut quidam putant, sed cum sensum vellet reddere, doctè reddidit. Quid enim est, *aquae Noe hoc mihi*, quam, *Videor mihi esse in diebus Noe, quando aquas inundare feci super terram*? Perinde est ergo ac si dicat: *Tempora hæc possum conferre temporibus Noe; mihi persimiles sunt dies isti diebus illis; sicut enim tum ab ira quievi, et mundo quietem dedi, promissã in æternum meã misericordiam, expliat jam per inundationem mundo, sic Christi filii mei tempore quietem mundo afferam, quasi per verum Noe. Inundabit enim misericordia mea universum orbem, et sic tandem expiabitur orbis.* Hunc arbitror esse germanum sensum. Quod verò addit de juramento dato illis diebus, vel ipsi Noe, de non inducendõ ultra diluvio, non est tam id in quo similia sunt tempora, quam signum ejus; illud juramentum pacis et fœderis erat confirmatio, quo confirmati sperabant non ultra experturos se divinam iram, quinimõ fore ut pace fruerebantur. In hoc ergo similitudo consistit, quod sicut tunc remisit iram, ita et nunc. Juramentum autem illud erat hujus remissionis tantum confirmatio. Quare (sicut in Hebræo est) tunc juravit, *quod non faceret transire ultra aquas Noe*, id est, aquas similes aquas Noe, quibus videlicet peccatores perirent, quorum morte expiatus est orbis. Quasi insinuet propheta, aquis quidem sed longè ab illis diversas inducendas fore per Christum; aquas, inquam, quibus non peccatores, sed peccata mergerentur; *venit enim Dei Filius*, ut est apud Joannem, *non ut judicaret, id est, damnaret mundum, sed ut salvaret mundum per eum*. Non itaque transire fecit Deus aquas Noe, sed aquas Filii sui: ut quemadmodum tunc aquis plena fuit terra, ita per Christum misericordiam impletur terra. Hinc facit quod aquae baptisimæ à Petro apostolo aquis diluvii conferuntur, 1 Pet. 5; tunc quidem fontes rupti dicuntur, et cataractae celi apertæ; sub Christo autem cali distillaverunt desperet, et imbes depluerunt justitiam; terra quoque aperta est, et germinavit salutem, ut supra dictum est. Dei enim Filius de cœlo descendens in utero Virginis, factus terræ germen qui de cœlis erat, terram fœcundavit, et miserationibus divinis replevit. Quid verò si non hic comparisonem fieri intelligamus, sed hoc tantum significetur, adimpleri in Christo quod Noe pollicitus est Deus? nam Noe promisit quod conjecit oculis in arcum qui fit in

nubibus, recordaretur Deus fœderis quod cum Noe fœderat; Christus verò erat arcus ille cuius ejus respectus facit ne Deus terram perdat. Patres enim per arcum illum Christum designari senserunt. Rationes autem similitudinis apud eos videas. Sic JURAVI, UT NON IRASCAR, etc., id est, sic nunc placatus sum, ut nequaquam ultra mundo irascar propter Christum. Sed cum hæc verba similitudinem explicare aliquã ex parte videantur, aliam expositionem apponiam haud contemnendam; q. d.: *Videor nunc mihi esse in diebus Noe quando aquae operuerunt terram, ego autem eas exsiccavi placatus mundo. Sicut autem tunc juravi quod non inducerem ultra aquas quæ mundum perderent; ita nunc juravi quod peccata et scelera, quibus spiritaliter mundus hactenus cooperus fuit, et quæ terram perdiderunt, non ultra terram operuerent; sed per Filium meum orbis reformatorem exsiccearent hujusmodi aquæ, et auferatur peccatum, et deleatur iniquitas, et redcat iustitia sempiterna.* Quod si fiat, non erit cur commovere contra te, aut in te increpationes concipiam. Hinc habes, quod sicut aquæ Noe non ultra operient terram, sic neque scelus inundatio, neque iterum mundus ad idololatiam relabatur.

VERS. 10. — MONTES ENIM, etc. Eodem sensu hæc accipiendi sunt quo, *cantum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*, id est, factu facilius hoc erit quam illud. Ergo erit misericordia sempiterna. Nam si Dominus decrevit, quis avertet? Si Dominus juravit, quis eum perjurum reddet? Nunquam ergo ab Ecclesiã gentium discedet Dei benevolentia et paternus affectus, et cum eã erit usque ad consummationem seculi. Cum igitur montes ingentes et immobiles rupes inspexerimus, hujus promissionis et asseverationis meminerimus, ne moveamur tribulationibus et jactationibus Ecclesiæ; firmior, intra nosmetipsos dicentes, est amor quem Deus erga Ecclesiam suam gerit, quam sint isti montes. FœDUS PACIS, etc. Cum Noe inivit et Dominus pacis fœdus, quod ultra non perderet mundum, et fœdus juramento firmavit; Christi sanguine etiam sancitum est fœdus æternæ pacis cum gentium Ecclesiã.

VERS. 11. — PAUPERCLA, etc. Non solum pace fruituram Ecclesiam, aut tantum non indignationem Domini experturam ostendit, quinimõ inextinguibiles futuras ejus divitiæ, et neminem futurum qui adversus eam prævaleat. Primò autem eam nominibus illis compellat favoris et benevolentie gratiã, quæ eas calamitates notat quas perpessa hactenus fuisse. IOPTEM, et cui nemo fuit auxilio, neque miser laboranti aut opem imploranti responderat, primò nominat. Nam quotquot præteribant, etiam si videbant hominem qui incidit in latrones vulneribus confossum, nullo pietatis affectu tangebantur, ut est in Evangelio; sed neque, si voluissent, possent subvenire, præter illum Samaritanum, etc. Secundò, quia omnium injuriis erat exposita et potestati tyrannorum tradita, ac eorum affectibus, qui si non coercentur, incredibiles tempestates conciant, derelicta. TEMPESTATE

ORBITAM appellat, *soarrah*, id est, *dejectam*, seu *deturbatam horribiliter*. Est enim in hophal. Tertio, *absque consolatione seu consolatore destitutam*. Cum enim in extremã ageret miseriam, non erat qui vel verbo eam consolaretur, aut animum aliquã spe erigeret melioris fortunæ; carebant Prophetis; alieni erant à fœdere, et promissionum erant ignari. Sed jam videamus divitiarum divinæ commiserationis. Ecce ego, etc. Præter illam regem et rebus planè desperatis adesse solius Dei est; *non consolabor modo, non solum erigam et subveniam; sed extremam miseriam summã felicitate commutabo*. PER ORDINEM. *Phuc* Hebræis est quod Latinis *fucus*, consentiente omnino voce, et quantum concipere possum, primò Latinis significavit *medicamen illud tantum quo oculi decorantur, ex stibio* (hoc inter mineralia computatur, et oculis confert), deinde abusive omnia alta feminis nota, quibus *facies illita et immutata decoratur*; denique de universis coloribus quibus pristinus color obtigitur aut immutatur, dicitur cepit. Propriã ergo significatione *subnigrum colorem* notat; ab ipso metallo quod *stibium* appellatur, ex quo pavimenta aut lapides pavimentis aptos nigri coloris conficit posse ipsius naturam considerantibus verisimile videbitur. Probantur enim passim pavimenta ex nigris lapidibus, candidis, præsertim marmoribus, immixtis. Quare fictioni rabbinorum adscribendum duco, *phuc* esse lapidem quem *carbunculum* vocant, et perperam eos locum 1 Paral. 29, 2, vertere, ubi David se præparasse dicit *aurum, et argentum, et ligna, et lapides, phuc et macamah*, id est, *varii coloris*; ubi doctissime Vulgatus vertit, *quasi stibinos*. Licet enim dicamus *ex faco seu stibio non posse pavimenta confici, nigerrimos tamen lapides, quos nos marmor nigrum vocamus, dicit figuratè lapides stibinos*, non erit absurdum affirmare. Quare Vulgatus *quasi stibinos* dixit; et hoc in loco dicit omnes præter Septuaginta, in *stibio* vertisse. Ergo *phuc* primò fossile illud quod Græcis *triqua*, Latinis *stibium* appellatur, significat (de quo vide Dioscoridem, lib. 5, cap. 39, et commentarium Matthioli), deinde *ipsam colorem subnigrum qui ex pulveribus metalli conficitur*, ut 1 Reg. 9, et Jerem. 4. Hoc itaque loco accipiendum puto, sicut in eo loco 1 Paral. 29, et vertendum: *Ecce sterno lapides tuos in stibio, seu cum stibio*; ex stibinis lapidibus conficio pavimenta tua. ET FUNDI TE IN SAPPYRIS, id est, pono sapphyros lapides fundamenti tui. Possumus utrosque lapides et utrumque verbum ad fundamenta referre, et utrumque ad pavimenta, quod magis probò. Nam *fundamentum* etiam dicitur quod est in superficie terræ. De lapide autem sapphiro, quem vulgò quoque *capthira* vocamus, vide Dioscoridem, lib. 5, cap. 14. Est colore cyaneo perquam translucido; et Plinius quidem dicit eum punctis aureis collucere, quod in nullo sapphiro dicit Matthioli se vidisse; putaque aut quos sapphyros dicimus non esse sapphyros, aut Plinium errasse, quod fortassè ceruleum lapidem, quem Mauritanum vocant, pro sapphiro acceperit. Nam nullus præter hunc lapis scintillis aureis emicat inter gemmas. Loquitur autem de Ecclesiã, ut ex sequenti

versu etiam apparet, quasi de regni quâpiam aut etiam civitate, quæ vel pavimenta quæ pedibus teruntur sint visui gratissima. Quare illius incolæ adeo opulentes fore ut lapides, qui in annulis geræ solent à regibus, sub pedibus habeant et conculcant. Certè aut hæc significant dona coelestia etiam infimæ sortis hominibus danda ut ditiores sint quam olim fuerint reges et prophætæ; nunquam enim retrò actis seculis tanta liberalitate Spiritus sancti dona hominibus concessa sunt quam Christi tempore; illa fuit verè aurea ætas, quando ad impositionem manuum discipulorum Christi Spiritus sanctus visibiliter conferebatur; et nulla erat Ecclesiã Christi in qua non essent prophætæ, doctores habentes dona linguarum, et sanitarum conferendarum gratiam, et similes divitiarum quas Corinthiis concessas gaudebat Paulus; aut certè significant servos Christi et ministros evangelicos pretiosa quoque mundi pedibus conculcaturis.

VERS. 12. — JASPIDEM. Græcã editionem dicit se Hieronymum secutum, cum *calcator, jaspidem* vertit. Ego consentiente voce, *gagate* dixi; nam symbolice literæ sunt *c, e, g, d, e, f*; et nunc quidem in Hebræo duplici *daleth* vox legitur *calcator*, at in Commentariis Hieronymi *carcod* legitur. Neque est mendum; nam dicitur Symmachum vertisse *αγγεδών*; nescio an *calcatorum* voluerit significari. Cæterum de *gagate* vide Dioscoridem, lib. 5, cap. 105. Est niger et squallidus, crustosus et perquam levis. Galenus, lib. 9, de siapiumque medicamentorum facultatibus, dicit se complures ex Coelestria sportasse crustaceos lapides nigras, et qui igni admoti parvam flammam ederent; neque se vidisse in Lycia eum fluvium qui Gagas dicitur, unde lapidi nomen inditum dixisset Dioscorides. Sciat hoc universa Flandria et plurima alia loca. Sed cum hic ex *calcator* fenestras extruendas dicit Isaias, haud scio an ex *gagate* commodè fierent, licet color placeat et ligno similis dicitur esse lapis hic, ut facile levigetur. Quare non est cur Græcorum et plurimorum Hebræorum versionem hoc loco rejiciamus, qui *jaspidem* dixerunt, quem scimus fenestris esse aptissimum; ejus in Lusitania nostrã ingens est copia prope oppidum Setubal. PROPUGNACULA. Nomen *schemesh* est Hebræis *sol*; hujus pluralis hic habes, quasi *solaria* dicas, id est, *fenestras*, per quas sol lucem administrat; neque alibi quàm hoc loco reperitur in Scripturis, et ob hoc variè accipitur ab interpretibus. SCULPTOS. *Ekclac*, *crystalum* plerique dixerunt, neque absque ratione: nam *kerac* est *gelu*; et *corac*, *grandis*. *Crystallus* verò maximam cum gelu aut grandine habere videtur similitudinem, et ut naturã non differre ab his existimetur: nam et à gelu fieri tradiderunt Plinius, 1. 57, cap. 21, Seneca atque alii complures, quorum tamen sententia non usque adeo certa est. Utrumque autem Hebræis appellacionem habet à verbo *carac*, id est, *decalcavit*, quã etiam ratione Vulgatus pro *dedalatione* accepisse videtur; cum enim dolantur lapides, quasi decalcantur. Verùm libentius hoc loco *crystalum* significari dicemus: nam species lapidum connumerantur. DESIDERABLES, seu *accepta-*

biles. Optimè Vulgatus desiderabiles verit, id est, qui oculis et animo placeant, ac proinde amantur ac desiderantur. Accipitur autem *gebū, terminus*, Hebraeis, pro toto spatio usque ad terminum. Quicumque, inquit, te vertas, pretiosa quæque calcabis, et omnium divitiarum abundantiam perfrueris. Scimus autem sapientiam pretiosior esse auro, et argento, et omnibus gemmis; et spiritalia dona, quæ Dominus Ecclesie suæ contulit, lapillis pretiosis æstimari non posse. Quæ cum his verbis significentur, vide quàm apertè, quasi se ipsum explicet, propheta addat:

VERS. 13. — ET UNIVERSOS FILIOS, etc. *Eraditione Domini et pace* nempe spiritali, quam mundus non vult dare, universam felicitatem comprehendit. Hæc sunt illæ divitiæ, illæ gemmæ, sapientiæ et animorum tranquillitas, quæ non est nisi deletis peccatis, et affectibus ac concupiscentiis si non extinctis, ac certè refræntatis; sapientia enim mentem, pax voluntatem, ac proinde hæc duo totum hominem satis superque divitem reddunt. Hunc locum adducit Christus Dominus apud Joan. c. 6, ex quo ostendit, necesse esse à Deo doceri, et intus erudiri homines, ut sic pertendant ad Christum, id est, ad fidem, ad gratiam, ad peccatorum remissionem, ad pacem denique quam solus Christus dat suis.

VERS. 14. — FUNDABERIS, seu firmaberis; tua firmitudo erit iustitia, quam à me consequeris; non erit tunc timeas quòd has divitiis tibi hostes diripiant; ipsamet divitiæ erunt firmamentum et propugnacula tua; ipsa te tua iustitia firmabit, ut nullæ fraudes, nulla vis aut persecutio adversum te prævaleant; sanctitate ipsa tuta eris. Iste sunt *inferiorum portæ*, quæ adversus Ecclesiam Christi non prævalent. Videtur autem in hoc versu esse inversus ordo orationis, ut dicendum sit: *In iustitia firmaberis, quare ne timeas: longe enim aberis à fraude et à prostratione, quæ certè non appropinquabit tibi. Prostrationem vocat vim et impetum quo adversa prosternuntur. Vulgatus pavorem dixit; sed pro his quæ pavorem incutiunt et animum dejiciunt, ejusmodi sunt hostium exercitus, etc., accipere debemus. Duo etenim sunt quæ Ecclesiam metum possent incurere, aut fraudes aut vis; hæretici aut tyranni occultè vel apertè oppugnant. Ab utroque Ecclesiam suam tutam reddit Christus per iustitiam, quæ eam justificavit. Si enim Deus justificet, quis condemnet? Si Deus tuerit, quis expugnabit? Iustitia ergo seu justificatione tuta eris, firma eris; neque universa diaboli machinamenta aut te dejicere, aut opes tuas diripere poterunt. Hoc itaque versu crediderim obviassè objectioni quæ ex tantarum divitiarum promissione oriri poterat: nam ut tuta esse paupertas, ita et divitiis fraudes et vis parantur. Hic, obsecro, considera, christiane lector, quanti æstimare hæc justificationem debeamus. Nam quod Ecclesie suæ promittit, suis quoque credendum est promissis Christum, nempe quòd justificati pacem habeamus. Si ergo iustitiam retinemus, ut diabolus frenat, ut mundus decipere conetur, ut caro concupiscat, pacem nihilominus possidebimus. Ne deseramus itaque iusti-*

tiam; deserit autem qui parvi facit, qui ingratus non perpetuò gratias agit Deo pro tanto beneficio, qui non vigilat, neque iustitiam in dies firmiorem reddere conatur. Hic licet per hanc desidiam non statim impius fiat, ac certè adventante hoste labitur, quia opè illa destituitur quam ad perseverantiam necessariam esse semper sancti Patres judicant; quæ non datur omni iustitiam possidenti, sed etiam colenti et amanti. Hoc potè esse illud *semen Dei, quod qui habet non peccat*, apud Joannem; qui autem illo destituitur, is quàm facillimè à iustitia labitur. Verùm quia Ecclesia iustitiâ prorsus destitui non potest, ob Dei benevolentiam et veritatem, licet plurimi ejus filii quotidie illam amittant, et ad hostium castra vel expugnant transeant, firma semper est; neque decipi neque expugnari potest; ut obstruatur os Lutheranis, qui non veniunt contra tam expressas Dei promissiones, qui semper verax est, affirmare Ecclesiam posse decipi, etiam in fide. Quod diaboli inventum eò certè tendit, ut auctoritatis conciliorum detrahatur, et suo se quisque iudicio tueri velit. Sed de his hactenus. Hoc tantùm aliter mente reponere, prudens lector, duo hæc, nempe sapientiam et pacem, seu doctrinam sanam et tranquillitatem, quæ non est absque veri cognitione et virtutis amore, hæc, inquam, duo quibus constat tota felicitas spiritualis ab Ecclesia Christi auferri non posse; ipse enim eam immaculatam et irreprensibilem, non habentem maculam aut rugam reddidit, et Deo Patri exhibuit.

VERS. 15. — ECCE ACCOLA VENIET, etc. Manifestum est quid Vulgata editio significet, nempe adventum gentium ad Ecclesiam; in quâ ob pacem et opulentiam atque omnium rerum abundantiam volent habitare; neque Hebræa repugnant; nam et *gur pro peregrinari* accipitur, et ad *incolendum venire; cadere* autem ad aliquem in bonum accipit. Verùm quia quæ præcesserunt et quæ sequuntur hostile quid sonant, libuit hunc versum et de re hostili interpretari, in hanc sententiam: *Quicumque in te exercitum duxerit, quicumque copias adversum te collegerit, et tecum convoluerit præliari, cum scio quòd à me defecerit, neque meus sit; quicumque autem is sit, et tecum bellum gesserit, iuxta te cadet ac victus jacbit.* Qui sensus cum sit angustus et Deo dignus, et superioribus et sequentibus congruat, aliquot annotatunculis confirmandus erit. Et quidem verbum *gur*, quod verbo *peregrinandi* seu *incolendi* plerumque redditur, propter variam ejus constructionem et usum non potest uno verbo Latino ubique reddi; et quantum ex omnibus locis in quibus reperitur et ex derivatis coniecere possum, est interdum verbum castræ, et hostibus tributur, ut Latinis *coagere, colligere, contrahere*, ut Psal. 56: *Adversum me omnes cogitationes eorum* (in malum contrahunt, observant, etc.), et Psal. 59: *Contrahunt contra me robusti*, videlicet copias. Psal. 140: *Qui cogitant mala in corde, totà die contrahunt bellum*; unde et *magor* nomen, id est, *contractio seu exercitus*, congregatio inimicorum, Psal. 34: *Quoniam audivi rumorom multorum, contra-*

ctionem undique consultantium contra me, etc.; atque ita hoc loco accipi potest: *Ecce (qui) contrahendo contrahit, qui bellum gerit seu exercitum coegit, ut bellum tecum gerat, etc. Ephes autem ut verbum accipi, sicut Gen. 47: Defecit argentum, et supra 16, et 29: Defecit emanator, defecit prævalidus: ad moethi, quid aliud est quàm à me? ad verbum, de cum me? id est, qui in te exercitum ducit, à me defecit, vel non habet partem mecum, ut loquitur etiam hebraismus; recessit à me, non est de numero eorum qui mecum sunt et mei dicuntur, id est, scio hostes tuos esse hostes meos; et qui vos tangit, tangit pupilam oculi mei; qui vos spernit, me spernit: ne existimes me hostibus tuis, quicumque illi sint, lavere unquam posse: quo fit, ut quicumque in te contraxerit, id est, contra te exercitum collegerit aut duxerit, iuxta te cadat necesse sit. Me enim ille impugnat, et adversum me bellum gerit. Hic credo alluisse Dominum in Evangelio, cum ait: Qui non est mecum, contra me est; et qui non colligit mecum, spargit; nisi quòd colligere secum, dixit pro unanimi consensu milites conscribere, et junctis viribus aique animis bellum gerere. Qui, inquit, alia ratione bellum gerit, aut exercitum ducit, is non putandus est exercitum contrahere, sed potius dissolvere; quòd est imbellium et eorum qui certam ruinam habent. Certè locus omnino idem est diligenter inspicienti. Finge Christo cum discipulis eo in loco rem esse, atque eum ita dicentem: *Qui non est vobiscum, sed vobis bellum inferat, contra me est; et qui non colligit mecum, est cum eo et sub ejus vexillo militare, et rem Christi cum discipulis ejus agere); et qui non colligit vobiscum, id est, qui vires suas non addit, neque exercitum comparat, ut vobiscum in hostes vadat, quin potius adversum vos exercitum ducit, notum vobis sit illud potius esse dispergere et exercitum solvere (quod qui facit propè est ut vincatur), quàm colligere.* Hoc profectò hic dicitur, *propè vos cadet*, id est, gladio vestro interibit. Hinc intelliges quid sit *dispergere*, videlicet exercitum, neque *cadere* et *vinci*, ut ex hoc loco locus Evangelii planus sit, et rursus ex Evangelio locus hic Isaie manifestus; nam apparet *colligere et dispergere* esse verba castrænia.*

VERS. 16. — ECCE EGO CREAVI, etc. Confirmatio est prædicatorum: *Cadent hostes tui; licet te oppugnent, nunquam tamen expugnabunt, mihi crede.* Nam tam faber quàm ars fabrilis, quàm etiam vasa omnia quæ arte fabrilis fiunt, me habent auctorem; ego omnibus præsum; sum laborum omnium præfectus, neque quidquam ex arte aut industriâ eorum prodit quod ego non norim; nullæ sunt vires quæ nos non habeam; quid gladii, quid hæste et cætera bella instrumenta valeant, exactissimè intelligo; q. d., tam hostes tui quàm eorum industria et vires in manu me sunt: ego eos creavi, et ex dono meo habent vires, industriam et arma bellica. Si ergo jubeo te securam agere, non est quòd timeas. Profertem vas, etc. Primum est carbonem foliis accendere, ut ferrum immissum calefiat; alterum est ut

apprehendat faber instrumentum, quo opus faciat ex ferro calefacto et ignito; vas ergo ad opus vocat, instrumentum operi faciendum adaptatum et commodum. Et hic sensus planus est. *Vas profertem, seu educentem vas ad opus suum*, id est, ad quidquid facere insuit, et quo sibi opus est. Nominè enim *vasis* non solum instrumenta artificum, sed omnia illa quæ arte quavis fiunt et usui apta sunt, tam pacis quàm belli Hebræis comprehenduntur. Non ineptè autem per *fabrum sustantem, et instrumenta bellica conficentem, tyrannorum conatus et industriam intelligimus contra Christi Ecclesiam mala fabricantium atque machinantium; nec minùs aptè ipsum eorum principem diabolum qui carbonem sufflat in igne, id est, ignitos datus reddit; qui homines accendit spiritu suo, et concitat adversus Christum et ejus Ecclesiam. Hic eos educit tanquam instrumenta sua, ut per eos opus suum faciat. Hunc se creasse dicit Dominus, et quid possit notum habere; ejus astatias dicit Paulus se intelligere, et suos omnino intelligendi sunt. Is ipse est perditior per antonomasiam, qui totus in hoc incumbit ut dissolvat et frangat, labefactetque Ecclesie vires, et funditus deleat. Sed inaccessum laborat; non enim potè inferi prævalerunt adversus eam; unde sequitur:*

VERS. 17. — NON DIRIGETUR; *italac, non proficiet, non progressus faciet*; nullus tyrannus, quem insigaverit diabolus ut adversum te arma capiat, proficiet, ut videlicet Ecclesiam pessumdet aut deleat; sed et omnem hæreticum, qui lingua et doctrinâ te evertere satagit, qui et ipse nas diaboli est, tu damnabis in iudicio. RESISTENTEM TIBI IN JUDICIO. Ad verbum, *stantem tecum ad iudicium.* Est phrasid quos Lusitanis utitur, *stare ad iudicium*, id est, iudicio contendere cum quoquam, et totam causam ad iudices deferre; et coram eis sistere, ut sententia feratur. Ut priori autem membro tyranni, sui posteriori hæresum auctores omnino intelligendi sunt, qui universi Ecclesiam oppugnant; et hæretici quidem doctrinam linguæ suæ doctrinæ Ecclesie præferri volunt; neque veniunt ad iudicium descendere, ut sæpè in conciliis factum est. Sed omnis illa doctrina quæ cum catholice pugnat damnabitur, inquit Dominus. Hic videt ad Ecclesiam ipsam, quæ oppugnatur lingua hæreticorum, iudicium de doctrinâ quæ oppugnatur pertinere. HÆC EST HEREDITAS, etc. Magnifico et eleganti epithemate seu acclamatione orationem claudit. *Hæc est hereditas seu sors*, quæ possidenda tanquam hereditate obvenit servis Dei. Quam, veluti unam donam, civitatem aut rempublicam unam denique familiam allocutus fuerat, nunc *servos Dei, et domesticos Dei* appellat. *Hæc est eorum sors*, nempe ut sint ditissimi donis celestibus, iusti et sancti discipuli Domini, et summâ pacè fruantur; hæc interturbare, et hæc eorum divitiis diripere nempe possit, sed universos hostes superent et condemnent; hæc planè est *sors servorum Dei.* ET IUSTITIA FORUM, id est, justificatio et laus; interdum enim *iustitia* pro ipso *iustitiæ præconio* accipitur Hebræis. *Hæc, inquit, est sors quæ jure optimo illis competi; harum laudum, et honorum*

sunt capaces. APUD ME, id est, illi qui apud me degunt. Hæc enim vis est vocis compositæ *meothi*, de *cum me*, id est, qui mei sunt, aut mecum habitant, et rem meam agunt; vel hæc per futurum enuntianda sunt : *Hæc erit sors*, etc., cui asseverationem addit, *fidelis sermo Jehova*. Dicitur hoc omni acceptione

CAPUT LV.

4. Omnes sitiētes, venite ad aquas, et qui non habetis argentum, properate, emite, et comedite; venite, emite absque argento, et absque ullâ commutatione, vinum et lac.

2. Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum non in saturitate? Audite, audientes me, et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra.

3. Inclinate aurem vestram, et venite ad me; audite, et vivet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles.

4. Ecce testem populi dedi eum, duem ac præceptorem gentibus.

5. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis, et gentes que te non cognoverunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, et Sanctum Israel, quia glorificavit te.

6. Quærite Dominum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est.

7. Derelinquit impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertitur ad Dominum, et misererebitur ejus; et ad Deum nostrum, quoniam nullus est ad ignoscendum.

8. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ; neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.

9. Quia sicut exaltantur cœli à terrâ, sic exaltata sunt viæ meæ à viis vestris, et cogitationes meæ à cogitationibus vestris.

10. Et quomodo descendit imber et nix de cœlo, et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem comedenti:

11. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo; non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, et prosperabitur in his ad que misi illud:

12. Quia in lætitiâ egrediemini, et in pace deducemini; montes et colles cantabunt coram vobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu.

13. Pro saluicâ ascendet abies, et pro utricâ crescet myrtus; et erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — OMNES SITIENTES, etc. Cùm felicitatem Christianorum descripsisset, jam Deum invitamentum homines, ut tantis bonis per Christum allatis frui velint, inducit propheta. Ad hunc certè locum videtur respexisse in Evangelio Dominus, cum ait: *Qui sitit, veniat ad me, et bibat; et venite ad me, qui laboratis*, etc. *Sitientium* autem nomine illi designantur qui pondere peccatorum pressi respirare desiderant, aut itineribus errorum divexati veritatem invenire satagunt. Utrisque subvenit

dignum est, ut dictum Jehova. Felices sunt ergo servi Dei, neque est quòd eorum quis vicem delectat, sed potius quòd invidet. Est autem sermo de felicitate servorum Dei per Christum in domo ipsius, nempe Ecclesiâ degentium.

CHAPITRE LV.

1. Vous tous qui avez soif, venez aux eaux; vous qui n'avez point d'argent, hâtez-vous, achetez et mangez; venez, achetez le vin et le lait sans argent, et sans aucun échange.

2. Pourquoi employez-vous votre argent à ce qui ne peut vous nourrir, et vos travaux à ce qui ne peut vous rassasier? Écoutez-moi avec attention; nourrissez-vous de la bonne nourriture, et votre âme en étant engraisée, sera dans la joie.

3. Prêtez l'oreille, et venez à moi: écoutez-moi, et votre âme trouvera la vie: je ferai avec vous une alliance éternelle, pour rendre stable la miséricorde que j'ai promise à David.

4. Voilà que je l'ai donné pour témoin aux peuples, pour maître et pour chef aux gentils.

5. Voilà que vous appellerez une nation qui vous était inconnue; et les peuples qui ne vous connaissaient point, accourront à vous, à cause du Seigneur votre Dieu, et du Saint d'Israël, qui vous aura comblé de sa gloire.

6. Cherchez le Seigneur pendant qu'on peut le trouver; invoquez-le pendant qu'il est proche.

7. Que l'impie quitte sa voie, et l'injuste ses pensées, et qu'il retourne au Seigneur, et il lui fera miséricorde; qu'il retourne à notre Dieu, parce qu'il est plein de bonté pour pardonner.

8. Car mes pensées ne sont pas vos pensées, et mes voies ne sont pas vos voies, dit le Seigneur.

9. Mais autant que les cieux sont élevés au-dessus de la terre, autant mes voies sont élevées au-dessus de vos voies, et mes pensées au-dessus de vos pensées.

10. Et comme la pluie et la neige descendent du ciel, et n'y retournent plus, mais qu'elles abreuvent la terre, la rendent féconde, et la font germer, et qu'elle donne la semence pour semer, et le pain pour s'en nourrir:

11. Ainsi ma parole, qui sort de ma bouche, ne retournera point à moi sans fruit; mais elle fera tout ce que je veux, et elle produira l'effet pour lequel je l'ai envoyée:

12. Car vous sortirez avec joie, et vous serez raménés en paix. Les montagnes et les collines retiendront devant vous de cantiques de louanges, et tous les arbres du pays feront entendre leurs applaudissements.

13. Le sapin s'élèvera au lieu de la laurée; le myrte croîtra au lieu de l'ortie; et le Seigneur éternel, comme un signe éternel qui ne disparaîtra jamais.

Filius Dei; nam et peccatorum pondus abstulit, et jugum doctrinæ suæ suavè imposuit; factusque est nobis *via*, *veritas* et *vita*. In Hebræo est interjectio vocantis, non sine animi affectu, que licet interdum sit dolentis, hoc tamen loco est vocantis ex commiseratione, 77. *O omnis sitiens, ô quicumque siti premeris*. AD AQUAS. Manifestum est ex Evangelio aquarum nomine Spiritûs sancti gratiam et cætera dona designari, quibus sitis aliarum omnium rerum tollitur,

et fons in animo fit *aquæ vivæ salientis in vitam æternam*, quia cœlestibus inhiare faciunt dona cœlestia, et initia sunt illius felicitatis et arrhabo hereditatis æternæ. Qui enim *illis signati sunt*, ut loquitur Paulus, illic tantummodo admittentur. QUI NON HABETIS ARGENTUM. Ne quis fortè putaret, ut terrena bona sic etiam hæc cœlestia divitibus hujus mundi solum esse pervia, quòd magno constarent, pauperes verò excluderentur; eos nominatim vocat qui *argento* carent, ut fortè jam hæc significarent, *pauperes evangelizandos*, ut est in Evangelio. Profectò gratis dispensanda dona cœlestia, non autem emenda, ut putavit Simon ille, locus hic manifestè insinuat; neque solum ne *argentum* afferant clamant, sed omnem *commutationem* et omnem pretium abigit. EMITE. Quæ, quæso, est emptio, si non est pecunia aut aliquod aliud pretium seu *commutatio*? Scio ergo verbum *schabar* propriè non nisi *frangere* significare: sed cùm de cibis dicitur vel potu, est vel *alitis distribuere*, vel *ab habente partem seu fracturam accipere*; neque enim et pretium notat; nam sicut Deut. 2, dicitur, *quòd cibum frangerent pro argento*, ita hoc loco *absque argento*. Distributionem ergo donorum *secundum mensuram fidei*, ut est apud Paulum, ab eo qui dona universa in suâ manu habet, *absque tamen ullâ commutatione*, hic Dominus designat. Repetit verò verba: *Venite, comedite, accipite fracturam* (sic enim volui reddere, ut emptioem excluderem), ut quanto desiderio nostræ felicitatis tenear Deus noster aperiat. VINUM ET LAC. Colore et sapore suavia sunt ista gustui corporis; somnium etiam inducunt, et à sensu aliarum rerum immodicè epota auferunt; sic Spiritûs sancti dona dulcissima et suavissima sunt, neque oculis inspicientium ingrata; et qui ex eis affatim bibit non sitiet in æternum.

VERS. 2. — QUARE, *lammah, quoriam*. Frustra esse hominum labores et omnem illam industriam quam pro mundanis impendunt, manifestè affirmat; et ut sequentia ostendunt, de illis loquitur qui Deum non querunt. Ergo qui oblitus Dei terrenis bonis inhiat, quasi ea consecutus, atque habens quibus ventrem impleat et saturet, felix esse possit, imprudens omnino à Domino judicatur; nam sine Deo neque panis panis dicendus est, neque saturitas saturitas. Cùm enim cibo et potu quantumvis largissimo non quiescat animus, neque ab appetendis aliis conquiescat, inhiare semper eum oportebit ad ea quibus caret; quæ cùm plurima sint, plus ob illorum penuriam cruciabitur quàm ob istorum possessionem lætetur. Si verò suâ sit sorte contentus, natura ipsa, ut quæ verorum et nunquam interitorum bonorum est capax, interim dum illis destituta est, alii omnibus que intereunt nequaquam contenta, ero semper aperto, similis voracissimo cani, presentibus non fruatur, sed ea quàm cûssimè devorat, ut nunquam ingluviem suam possit satiare. Hujusmodi hominem sub nomine *vino indulgentis* describit Sapiens Prov. 23, cuius voces exprimit: *Verbenerunt me, et non dolui; traserunt me, sed non sensi; quando evigilabo, et rursus vina repo-*

riam? NON IN PANIBUS. Hebr., *in non pane*, vel *cum non pane*; ut fortè hic sit sensus: *Si librat is argentum, cur non in alterâ lance panem apponere faciliis, ut pro argento reportet is panem?* Idem de labore, quem pro rebus labore partis accipere potes. Sed dices: Pro pane do argentum; et ut saturer, laborem impendo. Novi; sed neque panem neque saturitatem consequeris, et miserè deciperis quamdiu animum non paveris. Audite, etc., vel *attendite ad me*, nempe ut eis quæ dico sensum accommodetis, et *venietis ad aquas* quis dico, etc., quod vers. 6 explicat; orationem enim usque ad eum locum crediderim esse exordium et veluti præparationem ad illam exhortationem, quæ v. 6, ac sequentibus continetur. Quare verbum *ihelè*, quod in formâ imperativi *comedite* et præteriti legi potest, libenter in præterito legere cum significatione futuri: *Et comeditis bonum, et voluptatem habebitis*, etc.; *bonum* verò id quod absolutè bonum est intelligit. Non, ait, *bona terræ comeditis*, ut supra, sed *bonum* cui collata terræ bona, bona non sunt. Vel *sub adverbium* fit, ut sit quod nos vulgò dicimus, *bonè comedere*, id est, lautè, opparè. IN CRASSITUDE, vel *pinguedine*, id est, pinguibus. Carnes enim animalium pinguium sapide sunt; et vulgò *pingue* usurpatur pro *meliori*. «Si audias, inquit, et animo percipias quæ dico, quod argento et laboribus assequi hactenus non potuisti, absque argento et quavis aliâ permutatione carum rerum quæ labore parantur comprehenditis, saturitatem videlicet ac delicias; quiescet enim animus vester.»

VERS. 5. — INCLINATE AUREM, etc. Non semel attentionem exigit, et premia haud vulgaria pollicetur. FERIAM PACTUM. Fœdus hoc exponitur diffusè infra v. 6, et seq. MISERICORDIAS DAVID FIDELES. Appositio est: «Fœdus quod feriam vobiscum, totum est misericordia, seu charitas et benevolentia illa et affectus ille plus quàm paternum quem Davidi aperui et juramento firmavi, quod ille testatur et decantatum reliquit Psalmo qui incipit, *Misericordias Domini in æternum cantabo*, quòd videlicet daturus essem ei filium qui in æternum regnaret; quotquot autem eum vellent regnare super se, beatos futuros. Ergo cùm instet tempus adventus ejus, necesse est ut fœdus sanciamus; ecce enim testem populi, etc. Hanc esse hujus contextus expositionem intelliges, si animadvertas hoc in loco alludere Isaïam ad Ps. Davidis, et ad verba illa: *Misericordias Domini in æternum*, id est, quæ æternùm duraturæ sunt, *cantabo*. Dixisti: *Misericordia edificabitur in cœlis, preparabitur veritas tua in eis, vel cum eis*, ut tam firmæ sint promissiones quàm ipsum cœlum. *Disposui testamentum electis meis*, id est, sancivi fœdus cum electis meis. *Juravi David servo meo*, etc. Ergo *promissio Davidi facta* erat fœdus cum electis, videlicet quòd is qui ex Davide oriretur, ipsos redimeret, modò eum reciperent. Coga ergo sub adventum Christi hanc concionem ferat, dicente Deo per ipsummet Filium: *Venite ad me, et feriam vobiscum fœdus*, id est, accedite ad me, ut feriamus fœdus sempiternum; quod in promissionem

Davidi facta continetur: *fidelis enim fuit qui promisit, adimplevi verbum suum. Certæ fuerunt promissiones illæ; adest tempus, nam*

VERS. 4. — *ECCE TESTEM, etc.* Cùm obscurè et absque expressâ mentione Christi de eo sermonem fecisset sub nomine *miserordiarum*, id est, promissionum Davidi factarum de misericordiâ aternâ et inenarrabili, subito per relativum *cum* de Christo planè loquitur, ut hæc subitâ mutatione intelligamus, quoniam semper mentes prophetarum tenderent, et in quem intenti erant eorum oculi. Optime tamen præcedentibus hæc coherent; nam si innovare fœdus necessum esse dicebat, oportebat significaret, propè jam Messiam adesse. Eum igitur dicit primò in testem *datum nationibus*. Est autem testis qui proponit et statuit credenda, et testatur de veritate, et de re compertâ. Eæ namque natura est testimonii ut de veritate ac re certâ aliis testetur quam cognovit, vidit et audivit; cui credere et fidem habere alios oportet qui non viderunt neque cognoverunt. Quare fidem requirit. Indè testis aliquando pro *predicatore*, et *testimonium* pro *Verbo Dei* interdum accipitur, quibus credere oportet. Sic Dominus Jerem. 29: *Ego quod scio, inquit, testor*, et Joan. 5: *Amen dico tibi, quod scimus, loquimur, et quod vidimus, testamur; et testimonium nostrum non accepistis*; item 1 Joann. 1, et Act. 1 et 22, predicatores Evangelii *testes*, et *testari* dicuntur. Fuit autem Christus Dominus testis earum rerum quæ hæcenus erant occultæ in sinu Patris; *ipse autem ea nobis narravit*, ut inquit Joannes, inter que non infimo loco erat divina dilectio, quâ nos immerentes prosequeretur Pater. Hanc confirmabat adventu suo, qui datus esset mundo à Deo; hoc verbis et miraculis rursus confirmabat. Erat igitur certissimus testis et fide dignissimus. **DUCEM.** Nomen Hebræum *magis* ab *annuntiando* dicitur. *Ducem* autem significat *seu antistitem* qui annuntiat ac præcipit quid agendum sit. Expedi enim ut qui aliis præest, eos verbis dirigat et eloquentiâ polleat, quâ persuadeat, ne sit dura tantum imperatio, sed sanavis gubernatio et homini accommodata. **PRÆCEPTORUM.** A *præcipiendo* dicitur, neque ad doctrinam tantum refertur. Tria, quæ ordine inter se consideratione dignissimum servant, hic Christo Domino tribuit, quod de veritate testimonium perhibeat, eum amplectendum suadeat, et quod imperet ac præcipiat, tanquam verus ac legitimus princeps.

VERS. 5. — *ECCE GENTEM, QUAM NESCIEBAS, VOCABIS.* Hæc mutatio personæ seriè orationis aliquantò obscuram reddit; si ad tertiam reducas, planior erit sensus, ad hunc modum: *Vocabit gentem quam ignorabat; current ad eum qui eum nesciebat, propter decorem quo illum ornabit Deus. Suadeo igitur, ut jam initio cœpi, ut quærat Dominum, nempe in Christo, etc.* **QUAM NESCIEBAS.** Manifestum est interdum verbum *cognoscendi* Hebræis aliquid præternudam cognitionem notare. *Ignorat Deus impios, cognoscit suos*, et passim in Evangelio ita loquitur. **CURRENT.** Promptitudinem gentium ad fidem venientium notas, certè ut ad *conversionem* Judæos provocet, ad

quos primò hæc, quæ mox sequitur, concio pertinet, qui ad fœdus illud soli pertinebant de quo supra dictum est, de promisso Christo redemptore, qui eum recipere. **PROPTER DOMINUM, etc.** Vide mihi causam cursus istius. Quia gentes viderunt Christum Dominum à Deo decorari sanctitate vite, doctrinæ verbo, miraculorum splendore, resurrectionis gloriâ, adventu Spiritûs sancti in discipulis ipsius, ipsorum denique vitâ et prædicatione. Hæc, quæ omnia ipsum esse Dei Filium ac verum Deum comprobabant, cùm intellexissent gentes, ad ejus fidem et religionem amplectendam *accurrebant*; ea enim omnia in gratiam suam facta vident. Unde Deum ad eòs homines amantem redamare dignum judicant. Hunc autem splendorem et decorem, quia Judæi super cor velamen habentes non vident, idè non occurrunt. Quamobrem consulerem verbi Dei præconibus, ut quoad ejus fieri posset, decorem Christi amplificarent, et quanta sit Evangelii ac crucis dignitas, quante Spiritûs sancti vires, quam fulgens sit Apostolorum hominum virtus, denique *Evangelium gloriæ Christi* perpetuò audientium animis explicarent. Nihil enim sic nos in amorem Christi rapit, nihil sic ad religionem mentes inflammat, quam deus Christi ac dignitas benè perspecta.

VERS. 6. — *QUÆRITE DOMINUM, etc.* Jam fœderis partes exponit; et unde digressus est, redit Dominus. Dixerat, vocaverat, ut ad se accederent fœdus in-itiur; tempus etiâ, ut res exigebat, esse jam, qui ad præstare deberant, ostenderat; ergo ad fœderis conditiones redit; quarum prima est, ut Deum propè agentem, et in medio eorum, ut dicebat Joannes, *stantem* non ignorarent, aut incogniti sincerè prætransire; tempus etiâ, ut res exigebat, esse jam, qui ad præstare deberant, ostenderat; ergo ad fœderis conditiones redit; quarum prima est, ut Deum propè agentem, et in medio eorum, ut dicebat Joannes, *stantem* non ignorarent, aut incogniti sincerè prætransire. Hæc concio, etiamsi omni tempore et omnibus hominibus apta esse videatur, verum quia de adventu Christi erat sermo, qui benè acceptus felicitatem esset brevi allaturus, incognitus autem ac despectus esset Judeos perditurus; ad eos præsentim intelligenda est pertinere, et ad omne illud tempus referenda est quo Christus inter eos egit, et discipuli ejus penitentiam eis ante vastationem per Titum predicabant. Tunc enim, quia propè erat et recens erat sanctitatis ipsius et miraculorum memoria, facile erat eum *invenire*; et cùm adhuc propè esset, *invocatus* exaudiret. Sed quo pacto *querendus* aut *invocandus* esset jam aperit.

VERS. 7. — *DERELINQUAT IMPIUS, etc.* Apertus est locus ad asserendam penitentiam, per quam fit reconciliatio, et fœdus cum Deo sancitur juxta doctrinam catholicam. Per hanc invenerunt in die Pentecostes tria millia hominum Deum in Christo, quem paulò ante cruci affixerant, et mox duo millia; et reconciliati in numerum servorum Dei admissi sunt. Vide autem unde initium sumat, à derelictione nempe peccatorum et veterum studiorum, ut illa et operè et animo abiciant. Et hæc est detestatio illa quæ dolorem secum affert, in quâ cardo penitentia voluitur; quæ ex fide et cum dilectione sit oportet, ut vera sit et Deo placeamus. Non solum autem animus in detestationem veteris vite ferri debet, sed ad Deum sese

vertere, et propter eum ea sectari quæ ipse jubet, et quæ ei placeant ex animo statuere necesse est; quæ duo ubi fiunt (non fiunt autem nisi dono Dei), quid superest nisi ut hominum miserationis affectu amplectatur Deus, et ei peccata condonet? Deseruit prodigius filius regionem longinquam, deseruit porcos et porcorum siliquas; reversus ad patrem veniam precabatur, vultus deinceps apud eum agere. Quid pater? ruit inplexus et oscula, et gratanti animo illum exceptit, vestes detritas abstulit, insignivit veste et annulo, ac convivio exceptit. Quid mihi, hæretice, aliam penitentia et reconciliationis formam fingis? Annon cùm in Evangelio penitentia formam Dominus voluit præscribere, quâ justificaretur homo ex impio, ut ex ipsius parabola exitu apparet, aliam quam hanc formam præscripsit? Quòd si objicis, ibi nullum de auriculari confessione fieri verbum; ne conturbetur; modum enim penitentia quæ omnibus seculis vim habuit, tantum ibi ostendere volebat. Alibi enim *ligandi et solvendi potestatem* ministris dedit, et *peccata remittendi*. Quod autem in Evangelio longè parabola vides docuisse Dominum Jesum; idem luculentissimè, paucis licet verbis, hoc loco fecisse vides Dominum, modò videre velis. Non aliam enim rationem ineundi cum Deo fœderis vides quam *per desertionem* seu detestationem veterum studiorum, et *ad Deum reditum*, id est, propositum ex ipsius præscripto vivendi. **ET MISEREBITUR EUS.** Nullam dubitantem particulam apposuit, sed affirmat ut rem certissimam, quòd Deus miseretur sic penitentis ac redeuntis; quod et confirmare non veretur à præjudiciis; quoniam, inquit, *multus est ad condonandum, vel condonationes multiplicat*. Puto autem quòd hæc loquendi formâ significat, uni eisdemque sæpiùs peccanti sæpiùs etiam peccata remitti, et indulgentiam non denegare clementissimum patrem. Sequentes autem duo versus hoc nemini dubium aut novum videri debere confirmant.

VERS. 8, 9. — *NON ENIM COGITATIONES M.E.E., etc.* Homines vel semel vix condonant in se peccanti; si verò bis aut ter id quispiam faciat, præter hominum naturam facere videbitur. Longè ab his moribus est Dominus; nam sæpè sæpiùs uni eisdemque homini indulget veniam, modò detestetur ex animo veterem vitam, et novam juxta Christi institutionem ordiri parat. Comparationem autem distantia cœli à terrâ attulit quòd nulla alia major esset in rebus creatis. Quòd si hanc rationem de diversitate cogitationum, nempe ac studiorum, non ad id quod immediate processit de condonatione, sed ad totum de Christo mysterium referre velis, non repugno; q. d.: *Ne mihi remini, quòd inter homines apparet Deus homo, ut vobis bene sit, et in deliciis et summo felicitate vitæ agatis* (agatis autem si Deum in Christo quæseritis ad ipsum reversi); quoniam meæ cogitationes admodum à vestris dissimiles sunt, hæc undè viâ dignum duxi hominum rebus succurrere. Non est quòd divinum hoc consilium conruteris, sed quòd admirans gratias agas et ipsi adheræas.

VERS. 10. — *ET QUOMODO, כִּי כַאֲשֶׁר, quia sicut*; sed in-

terdum *quia* Hebræis non reddit rationem; sed est continuandi particula, ut Vulgatus accepit. Ostendit autem quos fructus habent si penitentiam agerent, si lætus illud pacis inire vellent; nempe, quòd quæ bona initio capitis dixerat consequerentur, comederent bona, in deliciis agerent, et omnimodâ felicitate fruerentur. Nam Filius Dei non frustra ad terras descendit, sed ut homines felices redderet; hoc certè efficit, etc.

VERS. 11. — *SIC ERIT VERBUM, etc.* vel est, *egredietur*; futuris enim pro presentibus utuntur. Hæc de ipso æterno Verbo intelligere non ineptè possumus, cujus descensus apud Davidem jam *descensu pluvie* assimilatus fuerat; quia occultâ virtute à supernis descendens inferiora fecundat, ut terra decorem suum habeat. et adjuncta superno humore fructus suos ad hominum commoditatem afferat. Cuiam rei aptius adventus Domini comparabitur? nam præter hominum opinionem et sensum germinante terrâ Spiritu sancto fecundatâ, facies orbis immutata est; et non tantum semen ad seminandum, panem ad comedendum habet homo; sed unde decoratur, et delectationem capit in omnibus bonis celestibus; quæ licet oculis carnis non videantur, videntur tamen et sensu percipiuntur fidelium. Notandum autem, quòd in redditione comparationis non dixit: *Non illuc revertitur, quemadmodum de pluvia et nive dixerat, sed quòd non rediret vacuè*; reddisset autem si hæc hominibus non tribuisset. Quid igitur faciet? *faciet proficere, promovebit*, faciet ut res propter quam adventi felicem exitum consequatur. Quod certè fecit non veniendo modò verum etiam redeundo, nam qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Quod hic Isaias dixit, *rem promove, ut progressus faceret*, dixit Paulus, *ut adimpleret omnia*. Quid autem sit adimpleri omnia, ipse quoque Paulus mox exponit; et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Evangelistas, quosdam prophetas; alios pastores, et doctores, ad consumptionem sanctorum, id est, ad complendum numerum electorum in opus ministerii, seu dispensationis, id est, ad dispensanda et ministranda Sacramenta in Ecclesiâ, et verbum Dei; in *edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*, id est, ut simus conformes et similes Christo, qui summam perfectionem habuit, qualem in naturalibus habet vir qui trigesimum annum attingit. Possunt hæc etiam de Verbo Dei accipi, quòd omnia efficit quæ Dominus præcipit. *Inmittit eloquium suum terre, velociter currit sermo ejus. Ergo cùm dico, quòd fruenti bonis, ita omnia futurum est, etc.*

VERS. 12, 13. — *QUA IN LÆTITIA.* Ecce quomodo res Christi progressus faciet; educunt enim electi Dei ex omnibus locis ad quæ dispersi erant. Venient autem summo cum gaudio ad Christum et Ecclesiam; tantaque erit exultatio, ut quæ sensu caret illis congratulari videantur. Et enim qui Christum induit, clariùs respicere sol, et lux diei pulchrum multò videtur; gratiora sunt ei omnia, et vultu lætissimi

præ se ferunt universa. Nullo jam spinæ, nulli infructuosi fructus in agro ejus succrescunt; grata et læta sunt omnia ob mansuetudinem, patientiam, charitatem et cætera hujusmodi dona, quibus per Christum donantur. Hæc autem promotio, hæc hominum reductio et sanctificatio erit Deo in nomen et in monumentum ac memoriale æternum, quod nunquam interit ubi abolerit. Filius enim Dei Patrem glorificavit super terram; neque de Dei bonitate, sapientiâ ac potentiâ tantâ mortales credidissent, nisi agnito mysterio Christi.

Possunt nihilominus hæc omnia sic quoque aptissime accipi: *Omnes sitientes, venite ad aquas*, etc. Invitantur Judæi ut participes esse velint hæreditatis servorum Dei; isti enim siti adventus Christi laborare videbantur. *Quare appenditis?* etc. Judæi toti in ceremonias et cultus et sacrificia incumbabant, et in exteriora legis, quæ neque ipsi neque patres portare poterant; jejuni tamen manebant qui fidem negligebant, justitiam et misericordiam. *Audite audientes*, etc. Exhortatio est ut justificari per Christum velint, non per legis justitias. Jejunus namque est animus et arescit interim dum Christum non induit, nihil succulentum comedit aut pingue. Vento pasciebantur Judæi, et apparent tantum justitiâ; anima autem eorum vacua erat. *Feriam vobiscum*, etc. Si Christum audieritis, confederabimini Deo fœdere durabili et non interituro; quale fuit quod cum Davide pepigit Deus de misericordiâ et beneficiis in æternum illi servandâ. *Ecce testem*, etc. Est veluti comminatio; futurum enim erat ut ad gentes se transferret Christus, malè acceptus à Judæis. *Ecce gentem*, etc. Imò ita futurum prædicit, et visuras gentes splendorem et decorem vultus Christi, qui multo magis quam facies Mo-

CAPUT XVI.

1. Hæc dicit Dominus: Custodite judicium, et facite justitiam, quia juxta est salus mea et veniat, et justitia mea ut reveletur.
2. Beatus vir qui facit hoc, et filius hominis, qui apprehendit istud; custodiens sabbatum, ne polluat illud; custodiens manus suas, ne faciat omne malum.
3. Et non dicit filius advenæ, qui adheret Domino, dicens: Separatione dividet me Dominus à populo suo. Et non dicit eunuchus; ecce ego lignum aridum quia:
4. Quia hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata, et elegerint quæ ego volui, et tenuerint fœdus meum:
5. Dabo eis in domo meâ, et in muris meis locum, et nomen melius à filiis et filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.
6. Et filios advenæ, qui adherent Domino, ut colant eum, et diligant nomen ejus, ut sint ei in servos; omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, et tenentem fœdus meum:
7. Adducam eos in montem sanctum meum, et lætificabo eos in domo orationis meæ; holocausta eorum et victimæ eorum placebunt mihi super altari-

sis resplendet. *QUERITE*, etc. Adhortatur ergo Judæos ut sapiant quam citissimè et penitentiam agant; nam licet occiderint hæredem, largum tamen esse in condonando Deum: nullis enim magis amplificanda erat Dei misericordia in condonando quam Judæis, qui Christum negârunt, et Filium Dei sibi promissum occiderunt. *Non enim*, etc., solutio est tacite objectionis. Quid? numquid Judæos deseret? numquid populum tuum abjicies? numquid ad immundos et incircumcisos te conferes? Respondet: *Ignoratis sensum Domini; longè diversæ sunt cogitationes meæ*, etc. Ad hunc autem locum alluisse credendum est Apostolum eò loci, ubi cum reprobat Judæis electas gentes dixisset, exclamavit: *O altitudo divitarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus! quis enim novit sensum Domini?* etc. *Quia sicut descendit*, etc., q. d.: *Ne miremini quod relictis vobis ad gentes me transferam; non enim decebat Filium Dei frustra in mundum venisse, et vacuum reverti; oportebat ut et hominem, cujus naturam susceperat, juvaret ac redimeret. Ita omnino fiet; si vos non crederitis, alii credent, neque deerunt Christo fratres; quocumque enim se verterit, res ei benè eedet.* Est quod supra dixit: *Voluntas Domini in manu ejus dirigetur*, vel *progressus faciet. Quia in lætitiâ*, etc. Jam ad gentes conversus ipsas alloquitur, et omnia eis felicia promittit; quod tandem ingentem Domino gloriam allaturum propheta asseverat; omnium enim Deum esse voluisse, et *omnes homines salvos facere*, non poterat non esse in nomen et signum sui monumentum æternum. Idcirco jubet David ut *gentes laudent Dominum propter misericordiam*, quam super ipsas confirmavit Deus. Atque hæc expositio placior est.

CAPITRE XVI.

1. Voici ce que dit le Seigneur: Gardez les règles de l'équité, et agissez selon la justice, parce que le salut que je dois envoyer est proche, et que ma justice se manifesterà bientôt.
2. Heureux l'homme qui agit de cette sorte, et le fils de l'homme qui suit cette règle, qui observe le sabbat, et ne le viole point; qui conserve ses mains pures, et qui s'abstient de faire aucun mal.
3. Et que le fils de l'étranger, qui se sera attaché au Seigneur, ne dise point: Le Seigneur m'a divisé, et m'a séparé d'avec son peuple. Et que l'eunuch ne dise point: Je ne suis qu'un tronc desséché;
4. Car voici ce que le Seigneur dit aux eunuches: S'ils gardent mes jours de sabbat, s'ils embrassent ce qui me plaît, et demeurent fermes dans mon alliance;
5. Je leur donnerai dans ma maison et dans l'enceinte de mes murailles, une place avantageuse, et un nom qui leur sera meilleur que des fils et des filles: je leur donnerai un nom éternel qui ne périra jamais.
6. Et si les enfants des étrangers s'attachent au Seigneur pour l'adorer, s'ils aiment son nom pour se vouer à son service, et si quel'un, quel qu'il soit, garde mes jours de sabbat pour ne les point violer, et demeure ferme dans mon alliance;
7. Je les ferai venir sur ma montagne sainte, je les remplirai de joie dans la maison consacrée à me prir; les holocaustes et les victimes qu'ils m'offriront sur mon autel, me seront agréables, parce que ma mai-

meo; quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.

8. Ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israel: Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus.

9. Omnes bestie agri, venite ad devorandum, univérse bestie salutaris.

10. Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt univérse; canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, et amantes somnia.

11. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem; ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam; omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam, à summo usque ad novissimum.

12. Venite, univérse vinum, et impleamur ebrietate; et erit sicut hodie, sic et cras, et multo amplius.

VERS. 1. — CUSTODITE, etc. Hæc est illa conicio Joannis Baptiste ac Domini nostri: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum colorum*; quæ manifestè significabant non habituros oculos quibus videre possent, aut sensus quibus perciperent Dei regnum et quæ in illo sunt mysteria, qui peccatis immersi jacerent, et veterem vitam non detestarentur. Hic quoque locus Lutheranus arguit: Quid enim, dicerent, opus est justitiâ meâ et observatione mandatorum Dei, si justitia Christi in foribus est? Imò verò ob hoc ipsum mihi injungitur justitiam amplecti ac colere, suum cuique reddere, neminem opprimere, omnibus benefacere; quia justitia Christi instabat, quasi frustra adveniret, neque quidquam mihi profectura esset Christi salus ac justitiâ, nisi hoc facerem; non enim communicatur Christi justitiâ impoenitentibus.

VERS. 2. — BEATUS VIR QUI, etc.; *ascheve* optimè per circumloquium redditur, *benè habebit! ô quam benè habet! ô felicem virum!* etc., est enim adverbium, quantum conjicere possum. Vidit propheta quanta futura esset illius hominis felicitas qui huic quod dabat consilio acquisceret; prorumpit itaque in ejus viri, quisquis is fuerit, laudes. O te felicem, etiamsi miser à natiuitate sis (non nomen *eunuch* à miserâ videtur, aut à desperatione quæ à calamitate oritur appellationem habere, quæ in quavis scelera ruere facit absque freno), quamvis hæressis mortalitatis et laboris, et filius Adæ! Hæc enim nomina propheta libenter apposuit quæ hominis miserabilem sortem notant, ut insinaret omnia illa per hanc, quam predicabat, felicitatem absorbenda. Sed cui, queso, beatitudinem promittit? certè illi, qui *faceret judicium et justitiam apprehenderet*. Poteris prius verbum ad id quod prius dixerat referre, nempe *custodire judicium, et facere justitiam*; posterius ad id quod secundo loco, videlicet *apprehendere salutem et justitiam, quæ adveniebatur*; q. d.: *O felicem illum hominem qui fecerit quod deo faciendum, et apprehenderit quod dico venturum*; fecerit justitiam, et apprehenderit justitiam et salutem! Sed quomodo cumque dividat, idem omnino significatur. Propterea enim prædicatur *beatus*, quod ei profutura esset salus et justitiâ, quam Christus afferret. Hic quoque animadvertant Judæi:

son sera appelée la maison de prière pour tous les peuples.

8. Voici ce que dit le Seigneur Dieu qui rassemble les dispersés d'Israël: Je réunirai encore à Israël ceux qui viendront pour se joindre à lui.

9. Bêtes des champs, bêtes des forêts, venez toutes pour dévorer votre proie.

10. Les sentinelles d'Israël sont toutes aveugles, elles sont toutes dans l'ignorance; ce sont des chiens muets qui ne sauraient aboyer, qui ne voient que de vains fantômes, qui dorment et qui se plaisent dans leurs songes.

11. Ce sont des chiens qui ont perdu toute honte, et qui ne se rassassent jamais; les pasteurs mêmes n'ont aucune intelligence; chacun d'eux se détourne pour suivre sa voie; chacun suit ses intérêts depuis le plus grand jusqu'au plus petit.

12. Venez, prenons du vin, remplissons-nous-en jusqu'à nous enivrer; et ce sera demain comme aujourd'hui, et encore beaucoup davantage.

COMMENTARIUM.

si oculos habebat, manifestam fieri distinctionem inter legis justitiam et justitiam Christi, ne putent quod Messias justificaturus esset legem sacrificii et justificationis. Notat autem verbum *casarum firmam apprehensionem*, vel *comprehensionem firmam retentionem*; sic enim decet nos justitiam colere, aut advenientem Christi justitiam retinere, ne praterat, aut ne eum derelinquamus. Hoc significat Dominus cum diceret, *regnum colorum vim patit, et qui viribus pollent illud rapere*.

VERS. 3. — ET NON DICAT, etc. Hic locus apertè ostendit in Christo Jesu non esse Judæum, neque Græcum; nec servum, neque liberum, etc., id est, non esse ullam personarum differentiam, aut quam vocant *ceptionem*. Et quidem Judæos locus hic convincere poterat, non esse æternum duratam legem Moysi quoad ceremonias et eam partem quam *judicialium* vocant; nunquam enim lex gentibus incircumcis et eunuchis aditum daret ad ministerium in domo Domini. Certè cum dixisset *beatum hominem* seu *filium hominis* qui *justitiam sectaretur, apprehenderet salutem* seu *justitiam quæ adveniebat* et in propinquo erat, non diceret autem beatum filium Abraham aut Israelis, sed *filium hominis*, nonnullâ ex parte id significaverat; sed non hoc contentus, imò quasi exponens quod dixerat, ait: *Neque dicat, vel neque dicet filius advenæ, nekar, alieni, seu extranei, alienigenæ, qui alterius est aut generis aut religionis*. Hoc nomine significant Hebræi alias gentes ab ipsis, et deos etiam earum. *QUI ADHÆRET*, *lavah* Hebræis est *adjunctum esse, seu additum esse*; accommodatur autem ex usu ad eam adjunctionem quæ est ministrorum ad dominos suos, sicut etiam ad eam que est inter dantem et accipientem mutuo: nam ut est apud Salomonem, *Prov. 22*: *Servus est qui mutuo accipit viri mutuo dantis, ubi eodem verbo usus quasi vim verbi et usum aperuit*. Unde et Levi unius ex filiis Jacob nomen habuit, quem concepit Lia ex illo congressu quem pro mandragoris filii sui obtinuit à sorore suâ. *Obigationem* ergo notat. Hujusmodi igitur sibi addictos ex alienigenis, et quasi fide datâ sibi obligatos et adstrictos consolatur Dominus dicens, prohibens ne posthæc, nempe adveniente Christo cui illi *adhererunt*, et fide adstringen-